



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 95. An publica honestas vel affinitas contracta inter infideles dirimat
Matrimonium suscepto Baptismo priùs contrahendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

honestate, quamvis de illa non sit facta mentio, uti dicitur n. 913.

Q. 95. An publica honestas vel affinitas contracti n- 688.
ter infideles dirimat Matrimonium suscepto Baptismo prius contrahendum. R. Negat absolute & probabiliter Henriq. quia cum talia impedimenta sint ex solo Jure ecclesiastico, cui neuter infidelis subdebat, non ligabunt illos post Baptismum, nisi hoc ipso tempore, ab iis contrahantur. Sanch. Con. & alii variè distinguunt, sed Aversa q. 17. s. 6. & Kugler à n. 1902. absolute & etiam valde probabiliter affirmant, quia quamvis Ecclesia non possit statuerè aliquid, quo ligentur, quamdiu sunt infideles, tamen potest statuerè aliquid, quo ligentur, quando erunt fideles. Et ita cum post Baptismum non possint contrahere, v. g. cum consanguinea in quarto gradu, quamvis id potuissent ante Baptismum, idem erit de reliquis istis impedimentis: & ratio universalis est, quia Canones absolute dicunt, quòd fideles habentes tale impedimentum, sive talem relationem ad invicem, non possint valide contrahere, & Canones illi non distinguunt, an in illud inciderint ante, an post Baptismum, ergo cum post Baptismum sint fideles, & tale impedimentum, sive talem relationem ad invicem habeant, non poterunt, nisi eà dispensatà contrahere.

Quid dicendum sit circa impedimentum criminis inter tales infideles, dixi n. 628.

Q. 96. Quid notandum sit circa impedimentum e- 689.
tatis. R. §. 1. Cum impotentia impuberum ad generandum sit tantum temporanea, non dirimit Jure naturæ Matrimonium, sed tantum ecclesiastico, in masculis ante 14. : in femellis ante

Tom. VIII.

Ff

12.:

II.
O.I
mor.
Lidii
Troix
LVIII